UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prosodia In Vocabularium Bilingue, Latinum, Et Lusitanum, Digesta, In Qua Dictionum Significatio, Et Syllabarum Quantitas Expenditur

Pereira, Bento

Eborae, 1732

Quinquaginta Regulæ Ad Dignoscendum Aliquot Penultimas, Et Antepenultimas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60012

Visual Library

QUINQUAGINTA REGULÆ

AD DIGNOSCENDUM ALIQUOT PENULTIMAS, ET ANTEPENULTIMAS.

De Prima declinatione.

1\. Nomina 1. declinationis, quæ finiuntur in *ola*, penult. producunt, ut *Querela*

2\. Nomina 1 declinationis, vel 3. finita in *ites* penult. habent longã, ſi aliquã gemmam, aut liquorem ſignificaverint: ut *Ciſcites*. Ex Deſpauterio in mediis.

3\. Nomina 1. declinationis diminutiva, quæ terminantur in *ola*, penult. corripiunt, ut *Galeola*.

4\. Nomina 1. declinationis diminutiva, quæ finiuntur in *ula*, penult. habent brevem, ut *Foſſula*.

5\. Nomina 1. declinationis, quæ finiuntur in *ura*, penult. producunt, ut *Ligatura*. Excipitur *Purpura*.

De Secunda Declinatione.

6\. Nomina 2. declinationis, quæ finiuntur in *atus*, penult. habent longã, ut *Cincinnatus*. Excipitur *Alciatus*, & ſi quæ ſubſtantiva fiant à ſupinis 1. conjugationis penult. brevem habentibus.

7\. Nomina 2. declinationis, quæ terminantur in *etũ* penult. habent longam, ut *Arundinetum*. Excipitur *Tunetum* à Theſauro.

8\. Nomina 2. declinationis diminutiva, quæ finiuntur in *ulus*, vel *ulum* penult. corripiunt, ut *Folliculus*, *Fœnuſculum*.

9\. Nomina 2. declinationis diminutiva quæ finiuntur in *olus*, vel *olũ*, penult. habent brevem, ut *Filiolus*, *Gurguſtiolum*.

10\. Nomina 2. declinationis, quæ finiuntur in *abulũ*, antepenult. longam, penult brevem habent, ut *Tintinnabulum* Excipitur *Stabulum*, *Sabulum*.

11\. Nomina 2. declinationis, & multitudinis finita in *alia*, antepenult. producunt, ut *Fœneralia*.

12\. Nomina 2. declinationis, quæ terminantur in *amentum*, antepenult. habent longã, ut *Spiſſamentum*.

13\. Nomina Latina 2. declinationis terminata in *arium*, vel *arius*, antepenult. habent longam, ut *Armentarius*, *Gallinarium*: ſed *Denarius* communis eſt

14\. Nomina Latina 2. declinationis quæ finiuntur in *orium*, vel *orius*, antepenult. producunt, ut *Honorius*, *Tectorium*. Excipitur *Promontorium*, & *corium*.

De Tertia Declinatione.

15\. Nomina 3. declinationis, finita in *ago*, penult. longam habent, ut *Plantago*.

16\. Nomina 3. declinationis, quæ finiuntur in *amen*, penult producunt, ut *Ligamen*.

17\. Nomina 3 declinationis finita in *ator* ſequũtur ſupina verborũ à quibus derivãtur, ut *Simulator* à *Simulatũ*: *Sator* à *Satũ* penult brevi Idẽ dicẽdũ de nominibus, quæ finiuntur in *atio* in antepenult ut *Satio*, *Ambulatio*.

18 Nomina 3. declinationis finita in *atrix* ſequũtur nomina finita in *ator*, ut *Commendatrix* à *Commendator*.

19\. Nomina 3 declinationis finita in *etas* penult corripiunt, ut *Anxietas*. Ex Deſpaut.

20\. Nomina 3 declinationis, quæ finiuntur in *ile*, penult. habent longam, ut *Ovile*.

21\. Nomina 3 declinationis finita in *itor* ſequuntur ſupina verborum, à quibus derivantur, ut *Conditor*, *Conditum*; *Auditor*, *Auditum*.

22\. Nomina 3. declinationis terminata in *itas* penult. corripiunt, ut *Antiquitas*.

23\. Nomina 3. declinationis, quæ deſinunt in *igo*, penult. habent longam, ut *Scaturigo*.

24 Nomina 3. declinationis finita in *udo* penult. habent longam, ut *Similitudo*.

25\. Nomina 3. declinationis finita in *uſor* ſequuntur ſupina penult. longa, ut *Confuſor*, *Confuſum*.

26\. Nomina 3. declinationis finita in *umen* penult. habent longam, ut *Legumen*

27\. Nomina 3. declinationis finita in *etio*, vel *itio*, vel *uſio* ſequuntur ſupina verborum, à quibus derivantur, ut *Cretio*, *Cretum*: *Auditio*, *Auditum*; *Monitio*, *Monitum*; *Confuſio*, *Confuſum*.

De Quarta Declinatione.

28\. Nomina 4 declinationis finita in *atus* penult habent longam, ut *Doctoratus* Excipiuntur, quæ habent ſupina in *atus* brevia, ut *Status*, *Statum*.

29\. Nomina 4. declinationis finita in *itus* ſequuntur ſupina verborũ, à quibus derivantur, ut *Monitus*, *Monitũ*, *Auditus*, *Auditũ* Excipitur *Ambitus* ab *Ambitum*.

De Nominibus Adjectivis.

30\. Nomina adjectiva finita in *acus* penult habẽt brevem, ut *Symphoniacus*. Excipitur *Meracus*, *Opacus*.

31\. Nomina adjectiva finita in *atus* in penult l. ſunt, ut *Amatus*; præter *Satum* *Ratum* *Datum*, & compoſita.

32\. Nomina adjectiva finita in *icus* in penult. brevia ſunt, ut *Britannicus*. Excipiuntur *Amicus*, *Pudicus* cum compoſitis, item *Apricus*, *Mendicus*, *Poſticus*.

33\. Nomina adjectiva, quæ finiuntur in *ifer* vel *iger*, penult corripiunt, ut *Sceptrifer*, *Squammiger*.

34\. Nomina adjectiva finita in *inus* derivata à nominibus materiam ſignificantibus, penult habent b. ut *Cryſtallinus* Excipiũtur *Collinus*, & derivata à nominibus rerũ animatarũ, ut *Hircinus*. Calepinus excipit *Elephantinus*. Longa ſunt nomina, quæ à propriis derivantur, ut *Plautinus*, *Albinus*, *Peruvinus*, *Venuſinus*, &c.

35\. Nomina adjectiva terminata in *ivus* in penultima longa ſunt, ut *Captivus*.

36\. Nomina adjectiva finita in *oſus* in penultimâ longa ſunt, ut *Saxoſus*.

37\. Nomina adjectiva diminutiva finita in *ulus* in penult. brevia ſunt, ut *Grandiculus*. In *olus*. ut *Lacteolus*.

38\. Nomina adjectiva finita in *abundus* habent antepenultimam longam, ut *Errabundus*.

39\. Nomina adjectiva Latina finita in *aceus* antepenultimam producunt, ut *Hederaceus*. Et in *aneus*, ut *Momentaneus*. Ex Deſpauterio in mediis

40 Nomina Latina adjectiva finita in *arius* habent antepenultimam longam, ut *Saccarius*.

41\. Nomina adjectiva terminata in *itius* derivata à nominibus habent antepenultimam brevem, ut *Natalitius*. Si deriventur à verbis, eandem producunt, ut *Surreptitius* Deſpauterius in mediis.

42\. Nomina Latina adjectiva finita in *onius*, vel *orius* antepenult. habent longam, ut *Fallonius*, *Pictorius*.

43\. Nomina adjectiva terminata in *alis* vel *aris* penult. producũt, ut *Liberalis*, *Peculiaris*. Deſpaut. in mediis.

44\. Nomina adjectiva verbalia, quæ terminantur in *bilis*, penultimam corripiunt, ut *Amabilis*.

De Verbis.

45\. Verba finita in *fico* penult. corripiunt, ut *Lætifico*.

46\. Verba frequentativa finita in *ito* penult. habent brevem, ut *Curſito*, præter verba deducta à ſupinis longis, ut *Dormito*, *Dormitum*.

De Adverbiis.

47\. Adverbia finita in *agies* habent antepenultimam longam, ut *Sexagies*.

48\. Adverbia in *atim* penult habẽt l. ut *Summatim*. Excipitur, *Affatim*, *Statim* Regula Deſpauterii in mediis.

49\. Adverbia finita in *iter* penult. habẽt b. ut *Lethaliter*.

50\. Præpoſitiones Græcæ habent breves eas literas, quæ apud Græcos ancipites ſunt. Ex Jacobo Gretſero cap. 8. de derivatione.

DE

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FACULTATES.

FACULTAS SUPREMI SENATUS SANCTÆ INQUISITIONIS.

POde-ſe tornar a imprimir a Proſodia, que ſe apreſenta, & depois de impreſſa, tornará conferida, para ſe lhe dar licença, que corra, ſem a qual não correrá. Lisboa Occidental. 23. de Mayo de 1730.

Cunha. Teixeyra. Cabedo. Galvam

FACULTAS ORDINARII.

QUe ſe poſſa tornar a imprimir, & tornará impreſſa para ſe conferir. Evora 12. de Mayo de 1730.

O Doutor Manoel Alvres Cidade.

FACULTAS REGII SENATUS.

QUe ſe poſſa tornar a imprimir, viſtas as licenças do S. Officio, & Ordinario. Lisboa Occidental. 8. de Agoſto de 1730.

Cunha. Teyxeira.

FACULTAS SUPREMI SENATUS SANCTÆ INQUISITIONIS.

COhæret ſuo Originali. Ulyſſipone Occidentali 9. Martij anno 1732.

Henricus de Carvalho.

VIſto eſtar conforme com o Original, pode correr. Lisboa Occidental. 11. de Março de 1732.

Fr. R. Alancaſtro. Cunha. Silva. Cabedo. Soares.

FACULTAS ORDINARII.

POde correr, viſto eſtar conforme. Evora 28. de Março de 1732. *O Doutor Manoel Alvres Cidade.*

QUe poſſa correr, & taixam em 24. toſtoens em papel. Lisboa Occidental. 21. de Março de 1732.

Pereira. Rego.